



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 10. Monstrosiſimus partus vigilandum clamans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

fissimæ, & inauditæ feritatis bellua. Hæc primò maritos incolas inuasit, eosque lachrimandū in modum laceratos absum- sit. Narrata est clades Morindo, qui, ar- mata suorū manu comitatus, accessit cum ea certaturus, & immanitatis suæ mercedē accepit. Omnia tela emissa in irritum ce- ciderunt. Siquidem ea sine noxa hausit monſtrum. Pharetris omnibus euacuatis, monſtrum ad regem acceleravit, eumq; , diductis fauicibus, pīciculi instar, deuo- rauit. Dubites, vtrumnam monſtrum fue- rit maius? quod deuorauit alterum, an quod est deuoratum? Rex enim Morin- dus vnicus fuit, & tamen innumeros ab- sunſit.

## §. X.

*Monſtrosissimus partus vigilandum cla-  
mans.*

At erat vorax illud prodigium Britan- nici maris partus, alius humanus partus, qui nihil omnino humani habuerat, ab alijs describitur, quos vt inter multa men- dacia demus etiam aliquid veri attulisse, non piget h̄ic referre. Anno salutis 1544. in Belgio (licet non desint, qui Cracoviæ scribant) in die Conuersionis S. Pauli, Munster.

Wolhus  
Centur.  
Caspar.  
Peucer.

Pauli, natus est ex honestis & nobilibus parentibus infans ( si infantis nomen meretur tam infelix partus ) tetro admodum & horribili aspectu, flammeis oculis & radiantibus ; ore naribusq; botinis, & vehementer in figurā cornū exsertis ac prominentibus ; dorso pilis caninis hispido, simiarum faciebus in pectore extantibus, quā mammarum locus ; oculis felitum subtus umbilicum hypogastrio affixis ; horridis ac minacibus canū capitibus ad utrumque cubitum, & pedis utriusq; patellam antrorsum spectantibus. Figura pedum cygni, cæuda sursum reflexa & recurua longitudine vlnæ dimidiæ erat. Hic talis partus in lucem editus dicitur quatuor horas vixisse, ac tandem expirasse his emissis vocibus : *Vigilate ; Dominus Deus uester aduentat.* Non est hoc monstrum in peccati pœnam natum ? at natum est, ne peccaretur. Enim uero & in peccati pœnam. Dixit olim Seruator noster : *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis;* quid dicet in futuro iudicio ijs, qui signa hæc talia viderunt, audierunt, & tamen non crediderunt ? Nuncquid pertinacia malitia, malitia supplicium est auctura ?

Ioan. 4.  
48.

CAPV